



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XCIII. De legibus in speciali quantum ad leges singulares, & de  
ipsa lege æterna.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

virtuti principis, q̄ ci  
uis, cū in virtute bo-  
ni viri claudatur ve-  
trunq̄. f. posse bene  
præfse, & bene su-  
berfse. De necessitate  
vero virtutis mona-  
sticæ in principe ma-  
gis q̄ in cive, de qua  
hic tractat, dicendū  
est, q̄ cū inter prin-  
cipis, & cives tm̄ in-  
terit, q̄ princeps vices  
totius multitudi-  
nis in se gerit, vt pote  
curā illius hñs, cives  
autē partes sunt, con-  
seques est, q̄ priuata  
malitia principis ad  
male p̄cipiendū toti  
multitudini eū indu-  
ce. & sic cōi bono  
sufficiens est nocerē.  
Priuata autē malitia  
civium bono existente  
principe, cōi bono  
est diluēt, non tñ  
nocere sufficit: quia  
efficacē actionē ad  
eōe non habet, sed  
diminuat. Prop̄ter  
q̄ oportet, si cōe bo-  
nū publicū recte se  
habet, hñe principē,  
qui sit & vir & prin-  
ceps bonus, vnde Ec-  
clesiastes 10. dī. Ve-  
terez, cuius rex est  
puer, & cuius princi-  
pes mane comedūt,  
s. sine prudentia vt  
puer, & sine speran-  
tia indulgetes primū  
ventri: viraq̄ autem  
virus est monastica.

AD SECUNDVM dicendum, q̄  
non semper aliquis obedit legi  
bonitate perfecta virtutis: sed  
quandoque quidem ex timore  
pœnæ, quandoque autem ex solo  
dictamine rationis, quod est q̄-  
dam principium virtutis, vt \* su-  
pra habitum est.

AD TERTIVM dicendū, q̄ bo-  
nitas cuiuslibet partis considera-  
tur in proportione ad suū totū.  
vnde & Aug. dicit in 3. Confes q̄  
turpis est omnis pars, quæ suo to-  
ti non congruit. Cū igitur qui-  
libet homo sit pars civitatis, im-  
possibile est, q̄ aliquis homo sit  
bonus, nisi sit bene proportiona-  
tus bono communi: nec totum  
potest bene existere, nisi ex parti-  
bus sibi proportionatis. Vnde im-  
possibile est, q̄ bonum commu-  
ne civitatis bene se habeat, nisi ci-  
ues sint virtuosī, ad minus illi, q̄-  
bus convenit principari. Sufficit  
autem quantum ad bonum com-  
munitatis, quod alii intantū sint  
virtuosī, quod principum man-  
datis obediāt, & ideo \* Philoso-  
phus dicit in 3. Polit. quod eadē est vir-  
tus principis, & boni viri: non au-  
tem eadē est virtus cuiuscūque  
civis, & boni viri.

AD QVARTVM dicendum, q̄  
lex tyrannica cum non sit secun-  
dum rationem, non est simplici-  
ter lex, sed magis est quædam p̄-  
uerfitas legis. Et tamen inquantū  
habet aliquod de ratione legis, in-  
tendit ad hoc, q̄ cives sint boni.  
Non enim habet de ratione le-  
gis, nisi secundum hoc, q̄ est dī-  
ctamen alicuius præfidentis in subdi-  
tis, & ad hoc tendit, vt subditi le-  
gi sint bene obediētes, quod est  
eos esse bonos, non simpliciter,  
sed in ordine ad tale regimen.

ARTICVLVS II.

Utrum legis actus conuenienter  
assignentur.

AD SECUNDVM sic proceditur.  
Videtur, quod legis actus nō  
sint conuenienter assignati in  
hoc, quod dicitur, quod legis a-  
ctus est imperare, vetare, permit-  
tere, & punire. Lex enim omnis  
præceptum commune est, vt \* le-  
gisconsultus dicit: sed idē est im-  
perare quod præcipere, ergo alia tria superfluent.  
¶ Præf. Effectus legis est, vt inducat subditos ad bo-  
num, sicut \* supra dictum est: sed consilium est de  
meliori bono, quàm præceptum, ergo magis perti-  
net ad legem consulere, quàm præcipere.  
¶ Præf. Sicut homo aliquis incitatur ad bonum per  
pœnas, ita etiam & per præmia, ergo sicut punire po-

nitur effectus legis, ita etiam & præmiare.

¶ 4 Præf. Intentio legislatoris est, vt homines faciat  
bonos, sicut \* supra dictū est: sed ille qui solo metu  
pœnarum obedit legi, nō est bonus, nam timore ser-  
uili, qui est timor pœnarum, etsi bonum aliquis faci-  
at, non tamen aliquid beneficit, vt \* Aug. dicit: non  
ergo videtur esse proprium legis, quod puniar.

SED CONTRA est, qd \* Isidorus dicit in 5. Ety. Oīs  
lex aut permittit aliquid, vt vir fortis præmiū petat:  
aut vetat, vt sacrarum virginū nuptias nulli liceat pe-  
tere: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectat.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut enuntiatio est ratio-  
nis dictamen per modum enūtiandi, ita etiā lex per  
modum præcipiēdi. Rationis autem proprium est,  
vt ex aliquo ad aliquid inducat: vnde sicut in demō-  
stratiuis scientiis ratio inducit, vt assentiat cōclu-  
sioni per quēdā principia, ita etiam indncit, ut assen-  
tietur legis præcepto per aliquid. Præcepta autem  
legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit,  
vt \* supra dictum est. Sunt autem tres differentie hū-  
manorum actuum. Nā, sicut \* supra dictum est, qui-  
dam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtu-  
tum, & respectu horum ponitur legis actus præcipe-  
re, vel imperare. Præcipit enim lex omnes actus vir-  
tutum, vt dicitur in 5. \* Ethicor. Quidam autem sunt  
actus mali ex genere, sicut actus vitiosī, & respectu  
horum lex habet prohibere. Quidā vero ex genere  
suo sunt actus indifferentes, & respectu horum lex  
habet permittere, & possunt etiam indifferentes dici  
omnes: illi actus qui sunt vel parum boni, vel parum  
mali. Id autem, per quod inducit lex ad hoc, quod  
sibi obediatur, est timor pœnæ, & quantum ad hoc  
ponitur legis effectus punire.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut cessare a  
malo habet quandam rationem boni, ita etiam prohi-  
bitio habet quandam rationem præcepti: & secun-  
dum hoc large accipiendum præceptum, vniuersali-  
ter lex præceptum dicitur.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ consulere non est p̄-  
prius actus legis, sed potest pertinere etiam ad perso-  
nam priuatum, cuius nō est condere legem, vnde  
etiam Apostolus 1. ad Cor. 7. cum consilium quod-  
dam daret, dixit: Ego dico, non Dominus. & ideo  
non ponitur inter effectus legis.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam præmiare  
potest ad quemlibet pertinere: sed punire non perti-  
net nisi ad ministrum legis, cuius autoritate pœ-  
na infertur: & ideo præmiare non ponitur actus legis  
sed solum punire.

AD QVARTVM dicendū, q̄ per hoc, q̄ aliquis inci-  
pit assuefieri ad vitandum mala, & ad implendum  
bona propter metum pœnæ, perducitur quādoque  
ad hoc, quod delectabiliter, & ex propria voluntate  
hoc faciat, & secundum hoc lex etiam puniēdo per-  
ducit ad hoc, quod homines sint boni.

QVAESTIO XCIII.

De lege æterna, in sex articulos diuisa.

DE I N D E considerandum est de singulis.  
Et primo, de lege æterna. Secundo, de le-  
ge naturali. Tertio, de lege humana. Quar-  
to, de lege veteri. Quinto, de lege noua, quæ est lex  
Euangelii.

De sexta autem lege, quæ est lex fomitis, sufficiat  
quod dictū est, cum de peccato originali ageretur.  
Prima Secundæ S. Tho. CC CIRCA

Ar. præced.

Enchirid. c.  
121. tom. 3.  
Lib. 5. Ety-  
mo. ca. 19. in  
prin. & lib.  
2. cap. 19.

q. 90. arti. 7.  
& 91. arti. 4.  
q. 18. arti. 5. &  
6.

Ca. 1. a me-  
dio, & cap.  
2. tom. 5.

- CIRCA primum quaruntur sex.
- ¶ Primo, Quid sit lex eterna.
- ¶ Secundo, Vtrum sit omnibus nota.
- ¶ Tertio, Vtrum omnis lex ab ea deriuetur.
- ¶ Quarto, Vtrum necessaria subijciantur legi eterne.
- ¶ Quinto, Vtrum contingentia naturalia subijciantur legi eterne.
- ¶ Sexto, Vtrum omnes res humane ei subijciantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex eterna sit summa ratio in Deo existens.

Supra q. 91.  
ar. 1. & inf.  
praesenti q.  
art. 3. & 4.  
cor. & art. 5.  
ae 3. Et 4. di.  
32. q. 1. ar. 1.  
Et 3. contra  
ca. 15.  
q. 46. post  
med. tom. 4.  
q. 90. ar. 4.  
p. p. q. 34. ar.  
1.  
cap. 36. in fi.  
ne, & 31. in  
prin. tom. 1.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur q lex eterna non sit summa ro in Deo existens. Lex n. eterna est vna tm: sed rationes rerum in mente diuina sunt plures. dicit enim \* Aug. in lib. 83. q. quod Deus singula fecit propriis rationibus. ergo lex eterna no videtur esse idem quod ratio in mente diuina existes. ¶ 2 Præ. De ratione legis est, q verbo pmulgerur, vt supra dictu est: sed Verbum in diuinis dr personaliter, vt in 1. \* habitum est, ratio autem dicitur essentialiter. no igitur, id est lex eterna. qd ratio diuina. ¶ 3 Præ. j Aug. dicit in lib. de vera relig. Apparet supra mentem nostram legem esse, que veritas dicitur: lex autem supra mentem nostram existens est lex eterna. ergo veritas est lex eterna: sed non est eadem ratio veritatis, & rationis. ergo lex eterna no est idem quod ratio summa.

Cap. 6. circa mediū to. 1.

SED CONTRA est, qd \* Aug. dicit in 1. de lib. arb. q lex eterna est summa ro, cui semper obtēperādū est.

**R**ESPON. Dicendum, q sicut in quolibet artifice præexistit ratio eorum, que cōstituantur per artem: ita etiā in quolibet gubernate oportet, q præexistat ratio ordinis eorū, que agenda sunt per eos qui gubernationi subduntur. Et sicut ro rerum sciendarum per artem vocatur ars, vel exemplar rerum artificiarum: ita etiam ratio gubernātis actus subditorum, rationem legis obtinet, seruatis alijs, que \* supra esse diximus de legis ratione. Deus autem per suā sapiētiā conditor est vniersarum rerum, ad quas comparatur, sicut artifex ad artificia, vt in primo \* habitum est. Est et gubernator omnium actū, & motio nū que inueniuntur in singulis creaturis, vt etiam in primo \* habitū est. Vnde sicut ratio diuine sapiētię in quantum per eam cuncta sunt creata, rationē habet artis, vel exemplaris, vel ideę: ita ratio diuine sapiētię mouētis omnia ad debitum finem, obtinet rationem legis: & secundū hoc lex eterna nihil aliud est, quam ratio diuine sapiētię, secundum quod est directiua omnium actuum, & motionum.

q. 90. per to tam.

p. p. q. 14. ar. 8.

p. p. q. 103. ar. 5.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. loquitur ibi de rationibus idealibus, que respiciunt proprias naturas singularum rerum: & ideo in eis inuenitur quedam distinctio, & pluralitas secundum diuersos respectus ad res, vt in primo \* habitum est: sed lex dicitur directiua actuum in ordine ad bonū cōmune, \* vt supra dictum est. Ea autem que sunt in seipsis diuersa, considerantur vt vnum, secundum quod ordinantur ad aliquod commune: & ideo lex eterna est vna, que est ratio huius ordinis.

p. p. q. 15. ar. 2. & 3.

q. 60. art. 2.

**A**D SECVDVM dicēdū, q circa verbū quodcūq; duo pnt cōsiderari. s. ipsum verbum, & ea que verbo exprimuntur. Verbum n. vocale est quiddam ab ore hominis prolatum: sed hoc verbo exprimūtur, que verbis humanis significantur: & eadem ratio est de verbo hominis mentali, quod nihil est aliud, q quid-

**F**dam mente conceptum, quo homo exprimitur liter ea, de quibus cogitat. Sic igitur in diuinis verbū, quod est conceptio paterni intellectus, personaliter dicitur: sed omnia quæcunque sunt in natura patris, siue essentialia, siue personalia, siue Dei opera, exprimūtur hoc verbo, vt patet \* in 15. de Trini. & inter cetera, que hoc verbo exprimūtur, etiam ipsa lex eterna verbo ipso exprimitur. Nec tamē propter hoc sequitur, q lex eterna personaliter in diuinis dicatur: appropriatur tamen propter conuenientiam, quā habet ratio ad verū.

**A**D TERTIVM dicēdū, q ro intellectus diuini intellectus enim humanus est mēsuratus a rebus, scilicet cōceptus hominis non sit verus proprius ipsum, sed dicitur verus ex hoc, q conlonat rebus. Ex hoc enim quod res est, vel nō est, opinio vera falsā est. Intellectus vero diuinus est mētura rerum, quia vnaquæque res intantum habet de veritate, quā tum imitatur intellectu diuinum, vt in primo dictum est: & ideo intellectus diuinus est verus secundum se. vnde ratio eius est ipsa veritas.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex eterna sit omnibus nota.

**A**D SECVDVM sic proceditur. Videtur q lex eterna non sit omnibus nota. Quia, vt dicitur 1. ad Corint. 2. Que sunt Dei, nemo nouit, nisi Spiritus Dei: sed lex eterna est quædam ratio in mente existens. ergo omnibus est ignota, nisi solus Spiritus Dei. ¶ 2 Præ. Sicut \* Aug. dicit in lib. de liber. arb. Lex eterna est, qua iustū est, vt omnia sint ordinatissima. ergo nō omnes cognoscunt qualiter omnia sunt ordinatissima. ergo nō omnes cognoscunt legem eternam. ¶ 3 Præ. \* Aug. dicit in lib. de vera relig. q lex eterna est, de qua homines iudicare nō possunt: sed in 1. \* Ethic. dicitur, Vnusquisque bene iudicat quod cognoscit. ergo lex eterna non est nobis nota.

**S**ED CONTRA est, quod j Aug. dicit in lib. de lib. arbit. quod eterna legis notio uobis impressa est.

**R**ESPON. Dicendum, quod dupliciter aliquis cognosci potest. Vno modo in seipso: alio modo in effectu, in quo aliqua similitudo eius inuenitur. Aliquis nō videns Solem in sua substantia, cognoscit ipsum in sua irradiatione. Sic igitur dicendum, quod legem eternam nullus potest cognoscere, secundum quod in seipsa est, nisi solus Deus, & qui Deum per essentiam vident: sed omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundum aliquam irradiationē, vel maiorem, vel minorem. Omnis cognitio veritatis est quædam irradiatio, & participatio legis eterne, que est veritas incommutabilis. ¶ 2 \* August. dicit in lib. de vera religione. Veritas autē omnes aliquater cognoscunt, ad minus quantum ad principia communia legis naturalis: in alio vero quidam plus, & quidam minus participat in cognitione ueritatis, & secundum hoc etiam plus vel minus cognoscunt legem eternam.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod ea que sunt Dei, in seipsis quidem cognosci a nobis nō possunt: sed tamen in effectibus suis nobis manifestantur: secundum illud Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur.

**A**D SECVDVM dicēdū, q legē eternā cuiusque cognoscat pro sua capacitate p̄m motum prædictum.

prædictum, nullus tamen eam comprehendere potest. Non enim totaliter manifestari potest per suos effectus. & ideo non oportet, quod quicumque cognoscit legem æternam secundum modum prædictum, cognoscat totum ordinem rerum, quo omnia sunt ordinatissima.

Ad tertium dicendum, quod iudicare de aliquo potest intelligi dupliciter. Vno modo, sicut vis cognitiva iudicat de proprio obiecto, secundum illud Iob 12. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? & secundum istum modum iudicij Philoſophus dicit, quod vnusquisque bene diiudicat quæ cognoscit, iudicando scilicet an sit verum quod proponitur. Alio modo, secundum quod superior iudicat de inferiori quodam practico iudicio, an scilicet ita debeat esse, vel non ita: & sic nullus potest iudicare de lege æterna.

ARTICVLVS III.

Utrum omnis lex a lege æterna deriuatur.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod non omnis lex a lege æterna deriuatur. Est enim quædam lex fomitis, vt supra dictum est: ipsa autem non deriuatur a lege diuina, quæ est lex æterna. ad ipsam enim pertinet prudentia carnis, de qua Apostolus dicit ad Romanos 8. quod legi Dei non potest esse subiecta. ergo non omnis lex procedit a lege æterna.

¶ 2. Prat. A lege æterna nihil iniquum procedere potest, quia sicut dictum est, lex æterna est secundum quam iustum est, vt omnia sint ordinatissima: sed quædam leges sunt iniquæ, secundum illud Ier. 16. Væ qui cõdunt leges iniquas. ergo non omnis lex procedit a lege æterna.

¶ 3. Prat. Aug. dicit in 1. de lib. arbit. quod lex quæ populo regendo scribitur, recte multa permittit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur: sed ratio diuinæ prouidentie est lex æterna, vt dictum est. ergo nec etiam omnis lex recta procedit a lege æterna.

Sed contra est, quod Prouer. 8. diuina Sapientia dicit. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: ratio autem diuinæ sapientie est lex æterna, vt supra dictum est. ergo omnes leges a lege æterna procedunt.

Respondendum dicendum, quod sicut supra dictum est, Lex importat rationem quandam directam ad finem. In omnibus autem mouentibus ordinatis, oportet quod virtus secundum mouentis deriuatur a virtute mouentis primi: quia mouens secundum

adum non mouet, nisi in quantum mouetur a primo. vnde in omnibus gubernantibus idem videmus, quod ratio gubernationis a primo gubernante ad secundos deriuatur: sicut ratio eorum quæ sunt agenda in ciuitate, deriuatur a rege per præceptum in inferiores administratores. Et in artificialibus etiam ratio artificialium actuum deriuatur ab architecto ore ad inferiores artifices, qui manu operantur. Cum ergo lex æterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante, necesse est, quod omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, a lege æterna deriuentur. Huiusmodi autem rationes inferiorum gubernantium, sunt quæcumque alia leges præter æternam: vnde omnes leges in quantum participant de ratione recta, in quantum deriuantur a lege æterna. Et propter hoc Aug. dicit in 1. de lib. arbit. quod in temporali lege nihil est iustum ac legitimum, quod non ex lege æterna homines sibi deriuauerunt.

Ad primum ergo dicendum, quod fomes habet rationem legis in homine, in quantum est poena consequens diuinam iustitiam: & secundum hoc manifestum est, quod deriuatur a lege æterna. In quantum vero inclinatur ad peccatum, sic contrariatur legi Dei, & non habet rationem legis, vt ex supra dictis patet.

Ad secundum dicendum, quod lex humana in tantum habet rationem legis, in quantum est secundum rationem rectam, & secundum hoc manifestum est, quod a lege æterna deriuatur: in quantum vero a ratione recedit, sic dicitur lex iniqua, & sic non habet rationem legis, sed magis violentie cuiusdam. Et tamen in ipsa lege iniqua, in quantum seruatur aliquid de similitudine legis propter ordinem potestatis eius, qui legem fecit, secundum hoc etiam deriuatur a lege æterna. Omnis enim potestas a domino Deo est, vt dicitur Roman. 13.

Ad tertium dicendum, quod lex humana dicitur aliqua permittere, non quasi ea approbans, sed quasi ea dirigere non potens. Multa autem diriguntur lege diuina, quæ dirigi non possunt lege humana: plura enim subduntur causæ superiori, quam inferiori, vnde hoc ipsum, quod lex humana non se intrromittit de his, quæ dirigere non potest, ex ordine legis æternæ prouenit. Secus autem esset, si approbaret ea quæ lex æterna reprobatur: vnde ex hoc non habetur, quod lex humana non deriuatur a lege æterna, sed quod non perfecte eam assequi possit.

ARTICVLVS IIIII.

Utrum necessaria, & æterna subijciantur legi æternæ.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod necessaria, & æterna subijciantur legi æternæ. Omne enim quod rationale est, rationi subditur: sed voluntas diuina est rationalis, cum sit iusta. ergo rationi subditur: sed lex æterna est ratio diuina. ergo voluntas Prima Secundæ S. Tho. CC 2 Dei

inuenta, sed a Deo suscepta. Et de lege veteri patet Actuum 7. Acceptis legem in dispositione angelorum: de noua autem inferius habetur, quod est ipsa gratia Spiritus sancti. Neutræ autem horum est in Deo, nisi casualiter: sed in hominis anima utitur, primū per intellectum & memoriā, sicut per essentiam anime, & voluntatem. Et per hoc patet, quod tam lex eterna, quæ naturalis, & diuina, sit rationis ordinatio ad bonum cõe a Deo, quæ autem habet cõmunitatis, punitiua. Et inter æternam, & alias hæc est differentia, quod æterna est in Deo, ac per hoc est ipse Deus: alia autem non sunt in Deo, sed effectus eius in creaturis rationalibus: ac per hoc illa est causa, ex qua sunt partitiones illius: illa æterna, reliquæ temporales.

Cap. 5. & 6. tom. 1.

1. q. 91. art. 6.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

primū... lectus... sunt in... fluxe... teret... verbo... exprime... æterna... ratiō... ad ratiō... ius diu... ni intell... us a ratiō... s proprie... lonar... iōio v... lura rem... e veritate... vt in prim... it verus...

Super Questioni 23. Articulum 3. v. 1.

1. q. 91. art. 6.

1. q. 91. art. 6.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

1. q. 92. art. 2. ad 3. et 4. 103. art. 1. ad 3. Et 2. 1. q. 49. art. 6. co.

Dei subdit legi eterna: voluntas autem Dei est aliquid eter-  
num, ergo est eterna & necessaria legi eterna subduntur.  
¶ 2 Præ. Quicquid subijcitur regi, subijcitur legi regis: Filius autem, ut dicitur 1. ad Corint. 15. subiectus erit Deo & Patri, cum tradiderit ei regnum, ergo Filius, qui est æternus, subijcitur legi eterna.

¶ 3 Præ. Lex eterna est ratio divina providentia: sed multa necessaria subduntur divinae providentiae, sicut permanentia substantiarum incorporearum, & corporum caelestium, ergo legi eterna subduntur et necessaria.

SED CONTRA. Ea quae sunt necessaria, impossibile est aliter se habere: unde cohibitione non indigent: sed imponitur homini lex, ut cohibeatur a malis, ut ex supra dictis patet, ergo ea quae sunt necessaria, legi non subduntur.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, lex eterna est ratio divina gubernationis. Quaecumque ergo divinae gubernationi subduntur, subijciuntur etiam legi eterna: quae vero gubernationi eterna non subduntur, neque legi eterna subduntur. Horum autem distinctio attendi potest ex his, quae circa nos sunt. Humanarum enim gubernationi subduntur ea, quae per homines fieri possunt: quae vero ad naturam hominis pertinent, non subduntur gubernationi humanae. Sic homo habeat animam, vel manum, aut pedes. Sic igitur legi eterna subduntur omnia, quae sunt in rebus a Deo creatis siue sint contingencia siue sint necessaria: ea vero quae pertinent ad naturam, vel essentiam divinam, legi aeternae non subduntur, sed sunt realiter ipsa lex eterna.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod de voluntate Dei dupliciter possumus loqui. Uno modo, quantum ad ipsam voluntatem: & sic cum voluntas Dei sit ipsa essentia eius, non subditur gubernationi divinae: neque legi aeternae, sed idem est quod lex eterna. Alio modo possumus loqui de voluntate divina quantum ad ipsam quae Deus vult circa creaturas, quae quidam subiecta sunt legi aeternae, in quantum horum ratio est in divina sapientia, & ratione horum voluntas Dei dicitur rationalis: alioquin ratione simplicius magis est dicenda ipsa ratio.

AD SECUNDUM dicendum, quod Filius Dei non est a Deo factus, sed naturaliter ab ipso genitus: & ideo non subditur divinae providentiae, aut legi aeternae, sed magis ipse est lex eterna per quandam appropriationem, ut patet per Augustinum in libro de vera religione. Dicitur autem esse subiectus Patri ratione humanae naturae, secundum quam etiam Pater dicitur esse maior eo. Tertium concedimus, quia procedit de necessariis creatis.

AD QUARTUM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 5. Metaphisicorum. Quaedam necessaria habent causam suam necessitatis, & sic hoc ipsum quod impossibile est ea aliter se habere, habent ab alio: & hoc ipsum est cohibitio quaedam efficacissima. Nam quaecumque cohibetur in communi, intantum cohiberi dicuntur, in quantum non possunt aliter facere, quam de eis disponatur.

¶ Super Questioni 93. Articulum quintum.

ARTICULUS V. Vtrum naturalia contingencia sub-  
sint legi eterna.

IN articulo 4. 5. & 6. eiusdem quod nihil aliud occurrit attendendum, nisi quod in 5. articulo notes illud. Nullus proprie loquendo, suis actibus legem imponit, & hoc pro difficultate illa, utrum princeps subdat legibus.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod naturalia contingencia non subsint legi aeternae. Promulgatio enim est de ratione legis, ut supra dictum est: sed promulgatio non potest fieri nisi ad creaturas rationales, quibus potest aliquid denuntari. ergo solum creaturae rationales subsint legi eterna: non ergo

naturalia contingencia.  
¶ 2 Præ. Ea quae obediunt rationi, participant aliquam rationem, ut dicitur in 1. Ethicorum. Lex autem eterna est summa, ut supra dictum est. Cum igitur naturalia contingencia non participant aliquam rationem, sed potest sint irrationalia, ut quod non subsint legi aeternae.  
¶ 3 Præ. Lex eterna est efficacissima, sed in naturalibus contingencia accidit defectus, non ergo subsint legi aeternae.

SED CONTRA est, quod dicitur Proverbiorum & legendum circumdabat mari terminum suum, & legendum nebat aquis, ne transirent fines suos.

RESPON. Dicendum, quod aliter est de lege eterna dicendum, & aliter de lege aeterna, quae est lex Dei. Enim homines non se extendit nisi ad creaturas rationales homini subijciuntur. Cuius ratio est, quia lex est divina actuum, qui conveniunt subiectis gubernationi alicuius: unde nullus proprie loquendo, suis actibus legem imponit. Quaecumque autem aguntur circa res rerum irrationalium homini subduntur, aguntur actum ipsius hominis moventis homini res, non irrationales creaturae non agunt seipsas, sed ab aguntur, ut supra habitum est, & ideo rebus naturalibus homo legem imponere non potest quantumcumque ei subijciuntur: rebus autem rationalibus subiectis potest imponere legem, in quantum suo proprio vel denuntiatione quaecumque imprimuntur, ut quaedam regulam, quae est principium agendi. Sicut autem homo imprimunt denuntiatione quoddam interius principium actuum homini sibi subiecto: ita etiam Deus mittit toti naturae principia propriorum actuum, ideo per hunc modum Deus de praecipere totam naturam: sicut illud psalmi 148. Praeceptum posuit, & non prebit, & per hanc etiam rationem omnes motus, & actus totius naturae, legi aeternae subduntur. Unde dicitur creaturae irrationales subduntur legi aeternae, in quantum moventur a divina providentia, non autem per intellectum divini praeccepti, sicut creaturae rationales.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo non se habet impetio actui principii interius, sed totum ad res naturales, sicut se habet promulgationis, quantum ad homines: quia per legis promulgationem imprimuntur hominibus quoddam divinum principium humanorum actuum, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod creaturae irrationales non participant rationem humanam, nec ei obediunt: patet tamen per modum obedientiae rationem divinam. Ad plura se extendit virtus rationis divinae, quam virtus humanae. Et sicut membra corporis humani moventur ad imperium rationis, non tamen participant rationem, quia non habent aliquam apprehensionem operum, sed tamen ad rationem ita etiam creaturae irrationales moventur a Deo, nec tamen propter hoc sunt rationales.

AD TERTIUM dicendum, quod defectus qui accidit in rebus naturalibus, quamvis sint praeter ordinem causarum particularium, non tamen sunt praeter ordinem causarum universalium, & praecipue causarum, quae Deus est, cuius providentiam nihil fugere potest, ut in 1. dictum est. Et quia lex eterna est ratio divinae providentiae, ut dictum est: ideo dicitur Deus rerum naturalium legi aeternae subduntur.

ARTICULUS VI.

Vtrum omnes res humane subijciuntur legi aeternae. AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod non omnes res humane subijciuntur legi aeternae. enim Apostolus ad Galatas 3. Si Spiritus Dei ducimur, estis sub lege: sed viri iusti, qui sunt filii Dei per

q. 90. arti. 3. ad 2. & q. 92. arti. 2. Art. 1. huius quæst.

Cap. 31. videtur esse tom. 1.

1. q. 22. arti. 2. Et 1. di. 39. q. 2. articulo. cor. et 3. contra ca. 71. ff. 72. & 73. ff. ver. q. 5. arti. 3. & 4. Et op. 3. c. 122. n. 13. 136. Et op. 15. c. 15. n. 16. ff. 106. ff. q. 50. arti. 4.

ptionem, spiritu Dei aguntur secundum illud Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. ergo non omnes homines sunt sub lege aeterna.

¶ 2. Præter. Apostolus dicit ad Rom. 8. Prudentia carnis inimica est Deo, legi enim Dei subiecta non est: sed multi homines sunt, in quibus prudentia carnis dominatur, ergo legi aeternæ, quæ est lex Dei, non subijciuntur omnes homines.

¶ 3. Præter. Aug. dicit in 1. de lib. arb. q. lex aeterna est, quæ mali miseriam, boni uitam beatam merentur: sed homines iam beati, vel iam damnati non sunt in statu merendi, ergo non subijciuntur legi aeternæ.

SED CONTRA est, qd̄ Aug. dicit 19. de ci. Dei. Nullo modo aliquid legibus summi Creatoris ordinationis; subtrahitur, a quo pax vniuersitatis administratur.

RESPON. Dicendum, qd̄ duplex est modus, quo aliquid subijciatur legi aeternæ, vt ex \* supradictis patet. Vno modo, in quantum participatur lex aeterna per modum cognitionis. Alio modo, per modum actionis, & passionis, in quantum participatur per modum interioris principii motiui: & hoc secundo modo subijciuntur legi aeternæ irrationales creaturæ, vt \* dictum est. Sed quia rationalis natura cum eo, quod est commune omnibus creaturis, habet aliquid sibi proprium in quantum est rationalis: ideo secundum vtrumque modum legi aeternæ subijciuntur, quia & horum legi aeternæ aliquo modo habet, vt \* supra dictum est: iterum vniuique rationali creaturæ inest naturalis inclinatio ad id, quod est consonum legi aeternæ. Sumus. n. innati ad habendum virtutes, vt dicitur in 2. \* Ethic.

Vterq; tamē modus imperfectus quidē est, & quodammodo corruptus in malis, in quibus & inclinatio naturalis ad virtutē deprauat per habitum vitiosum: & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebrat per passiones, & habitus peccatorum. In bonis autē vterque modus inuenitur perfectior, quia & supra cognitio naturalis boni superadditur eis cognitio fidei & sapientiæ: & supra naturalem inclinationē ad bonū, superadditur eis interioris motiui gratia; & virtutis. Sic igitur boni perfecte subijciuntur legi aeternæ, tanquā semper secundum eam agentes: mali autem subijciuntur quidē legi aeternæ, imperfecte quidem quantum ad actiones ipsorum, prout imperfecte cognoscunt, & imperfecte inclinatur ad bonū: sed quantum deficit ex parte actionis, suppletur ex parte passionis, prout. i. tantum patiuntur, quod lex aeterna dicitur de eis, in quantum deficiunt facere, quod legi aeternæ conuenit. vñ Aug. dicit in 1. de \* lib. arb. Iustus sub aeterna lege agere existimo. & in \* lib. de catechizandis rudibus dicit, quod Deus ex iusta miseria animarum se deserentium cōuenientissimis legibus inferiores partes creaturæ suæ nouit ordinare.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd̄ illud verbū Apostoli pot̄ intelligi dupliciter. Vno modo, ut esse sub lege intelligatur ille, qui nolēs obligationē legis subijciatur quasi cuidā ponderi, unde \* glo. ibidem dicit, qd̄ sub lege est, qui timore supplicii, qd̄ lex minatur, non amore iustitiæ a malo opere abstinere: & hoc modo spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem, quā Spiritus sanctus cordibus eorum infundit, uoluntarie id quod legis est, implent. Alio modo potest etiam intelligi in quantum hominis opera, qui Spiritus sanctus agit, magis dicuntur esse opera Spiritus sancti, quam ipsius hominis, vnde cum Spiritus sanctus non sit sub lege, sicut nec Filius, vt \* supra dictum est, sequitur qd̄ huiusmodi opera in quantum sunt Spiritus sancti non sunt sub lege: & huic attestat qd̄ Apo.

A dicit 2. ad Cor. 3. Vbi Spiritus domini, ibi libertas.

AD SECUNDUM dicendum, qd̄ prudentia carnis non potest subijci legi Dei ex parte actionis, quia inclinatur ad actiones contrarias legi diuine: subijciuntur tamen legi Dei ex parte passionis, quia meretur pati penam secundum legem diuine iustitiæ. Nihilominus tamē in nullo homine ita prudentia carnis dominatur, qd̄ totum bonum naturæ corrumpatur: & ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea, quæ sunt legis aeternæ. Habitum est enim \* supra, quod peccatum non tollit totum bonum naturæ.

AD TERTIUM dicendum, quod idem est, per quod aliquid conseruatur in fine, & per quod mouetur ad finem, sicut corpus graue grauitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum mouetur. Et sic dicendum est, quod sicut secundum legem aeternam aliqui merentur beatitudinem, uel miseriam: ita per eandem legem in beatitudine, uel miseria conseruantur, & secundum hoc beati, & damnati subijciuntur legi aeternæ.

QVAESTIO XCIII.

De lege naturali, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de lege naturali.

ET CIRCA hoc queruntur sex.

¶ Primo, Quid sit lex naturalis.

¶ Secundo, Quæ sint præcepta legis naturalis.

¶ Tertio, Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.

¶ Quarto, Vtrum lex naturalis sit vna apud omnes.

¶ Quinto, Vtrum sit mutabilis.

¶ Sexto, Vtrum possit a mente hominis deleri.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex naturalis sit habitus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videt qd̄ lex naturalis sit habitus: quia vt \* Philosophus dicit in 2. Ethic. tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed naturalis lex non est aliqua potentiarum animæ, nec aliqua passionum, ut patet enumerando per singula. ergo lex naturalis est habitus.

¶ 2. Præter. Basilius dicit, quod conscientia, siue synderesis, est lex intellectus nostri, quod non potest intelligi nisi de lege naturali: sed synderesis est habitus quidam, ut in primo \* habitum est, ergo lex naturalis est habitus.

¶ 3. Præter. Lex naturalis semper in homine manet, vt \* infra patebit: sed non semper rō hominis, ad quā lex pertinet, cogitat de naturali lege, ergo lex naturalis non est actus, sed habitus.

SED CONTRA est, quod \* Aug. Prima Secundæ S. Tho.

Super Questionis nonagesimam quartam.

IN q. 94. primo notandum est pro intellectu multorum artic. cōter, deinde singillatim dicitur. In cōmuni igitur scito, qd̄ quemadmodum in speculatiuis p̄ter prima principia cōmuniissima, inueniuntur prima principia per se nota in Geometria, in Arithmetica, & c. ita in practicijs præter cōmuniissima præcepta prima, scilicet bonum prosequendum, malum esse uitandum, sunt propria præcepta, et prima in illo in ordine, ita qd̄ in vnumquemq; inclinationis naturalis gradū sunt aliqua præcepta prima, ut principia propria per se nota, & reliqua præcepta secundaria, conclusiones ex eis dependentes. v.g. In homine sunt tres inclinationes naturales scilicet ad esse, & uiuere, ad generationem, & ad rationaliter se habendum ad se, & alios: prima p̄cepta in singulis inclinationibus sunt de fine primario illius habendo, conferuando, conseruando; & de illius contrariis uitandis: secunda autē præcepta sunt de fine secundo eiusdem inclinationis, & illius contrariis, & c. et facilitatē, & difficultatē p̄betibus primario fini. v.g. In inclinatione nostra

Cap. 5.

p. p. q. 99. art. 12.

Arti. 5. huius q. 92.

Ca. 27. paulo a princ. to. 6.

CC 3 esse